

224

nemo literis ad me misisset. Quos te hanc labem
eluas publice, si non apologia alia, saltem librorum
de gratia et libero arbitrio 4. Tomi castigatione.
solidiore. vale Vir Carissime. Heidelbergae.
4. Aprilij 1614.

Ex literis ad D. Georgium Scheuchlicium
Vesaliensis Ecclesiae Pastorem vi-
gilantissimum.

172.

Quod quæris, an provocat. debeatq. descendere
ad disputationem cum doctore, Ubiquitario, et si
minimè formidabile sit orthodoxis hoc homi-
nam genus, quod portentum Ubiquitatis fuerit,
tamen multum interest, qui, adversum quos,
coram quibus, quo fine, et eventu certamen
pascipiant. Certè non est omnibus datum, ut
et benè doceant et benè disputent. Adhibendi
igitur sunt ad disputandum viri idonei, et do-
ctis necessarius, hoc est, peritiâ judicandi,
dicendi, argumentandi, convincendi, nec non
audore et moderatione, piâ instructi, non
superbi, contentiosi, præcipites. Nec est facile
congruendum cum superbis, loquacibus, qui non
veritatem quærent, sed victoriam. Adhibendi
sunt auditores testes, moderatores arbitri, vel
judices prudentes ad judicandam de rebus divinis ido-
nei, quales profectò non sunt omnes Magistratû.
Multi enim putant, ut in libris civilibus penes eos
stare victoriam, qui vel audacius vel ad ratio-
nem humanam probabilius de causa, disserunt.
Deniq. periculosum etiam duorum vel paucorum
facundie, peritiâ, vel affectibus totius Ecclesie
causam committere, ut cum illis stet vel cadat reli-
gionis veritas, quomodo Romani olim et Albani,
controversiam de imperio pavonum duello dore-

merunt, et veterum et nostri seculi exempla plu-
rima docuerunt, immo palam est disputationibus
Doctorum hactenus non tam imminutas aut composi-
tas quam cumulatam et exasperatam esse religionis con-
troversiam. Itaque videndum, an quid commodi apud
vos expectari ex disputatione possit
an vero plus incommodi inde sit metuendum, quod
posterius magis plerumque evenit, quia major pars
auditorum plerumque ut minus valet iudicio, ita faci-
lius turbatur et seducitur ab adversario, si quid
loquacior et impudentior, quales plerumque sunt,
qui adeo disputaverunt, confisi nimirum lingua
et frontis sua protervia, maxime si insuper
auctoritas et gravitas popularis eis accedat. Exem-
plo esse potest Historicus ille Apostata, qui jam
proinde Ecclesias Helveticas ad disputandum la-
cessit, homo ut ingenio, linguacitate, et sophisticam
itaque opibus, dignitate, et gratia suorum superbus, et
non pauci jam hoc inclinare dicuntur, disputandum
cum eo esse, ne causa videantur diffidere; At isti
non tam bonum Ecclesie quam gloriam suam
spectare videntur. Quid enim an mox viribus vel
causa sua diffidit, qui cum homine infami aut ma-
litoso quovis congruere recusat. Est ille Apostata talis,
ut dixi, homo ἀντοκράτορας, superbus, audax, loquax,
sophisticandi arte instructus, hostis veritatis acerri-
mus, quippe abnegator et persecutor manifestus, qui
veritatem non querit, quia ignitam abiecit. Ad-
versus tales quæso, quid attinet veritatem defendere
aut quid commodi hinc expectabitur? Nam etiam
convicti non cedunt, qui hoc unice agunt, ut eam
in animis simpliciorum labefactent. Itaque quod Seneca
apud Gell. lib. 12. cap. 2. dixit: adolecentum indolentem
non tam juvare, quam bene dicta sunt, quam infuere,
quæ postquam

225

quae pessimè, multoq; magis, si et plura sint, quae
deteriora sunt. In omnino circa contentiones
de religione considerandum est, nam pleriq; ju-
dicio circa res divinas plus quam adolentes
et pueri sunt. Unde fit, ut plerumq; quae bene
dicuntur ab Orthodoxis, non tam juvant quam in-
ficiant, quae à Sophistis contra veritatem dicuntur,
pessimè, maxime, cum et plura soleant esse, quae
deteriora sunt. Loquacissimè enim instant So-
phistae tales, et ut postremi aures auditorum
occupent, studiose dant operam. Ut ne dicam
naturali hominum vitio facilius arridere non-
daciū, quam placere veritatem, sicut citius
inhæret menti prava sententia quam pia concio.
Quicquid igitur statuerit vester Magistratus, no-
tete saltem, ut hoc et similia, prudenter pensitet,
et aliarum etiam Ecclesiarum etiam exquirat
audiatq; in causa comuni iudicia, ne postea,
quod paucorum deliquit imprudentia, tota hæret
et lugere cogatur Ecclesia, etc. Vale Heidelb.
postridie Paschaty Anno 1614.

173.

Reverendissimo in Christo Patri ac Domino, Dño
Georgio Abbato, divinã providentiã Archie-
piscopo santuariensi, totius Angliæ Primati
ac Metropolitano, Regiæ Majestati à sancti-
oribus consiliis. etc.
Gratiam et Laudem à Domino. Reverendissime Præsul
Domine ac Pater in Christo honorandissime. Freni-
cum de concilianda unione et Synodo Evangelico-
rum, quod ad te mitto, ante complures annos scriptum,
post variam recognitionem, observationem, mo-
derationemq; nunc tandem approbatione superio-
rum tui commisi. Utinam conatui adspicere Deus